

lium ne fiat nobis aduersarius cum filiis: i ceperimus. Quomodo enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris? Nonne iste est dauid cui cantabant in choris dicentes: pccus fit faul in milibus suis. et dauid in decem milibus suis? Vocauit ergo achis dauid. et ait ei: Cluuit dominus: qz rectus es et bonus in conspectu meo. et exit? tuus et introitus tuus mecum est i castris. Et non inueni in te quicquam mali. ex die qua uenisti ad me usque in dies hanc: sed sarrapis non places. Reuertere ergo et uade in pace. et non offendas oculos sartraparum philistinum. Dixitqz dauid ad achis: Quid enim feci et quid inuenisti in me seruo tuo a die qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc ut non ueniam et pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autem achis locutus est ad dauid. Scio quia bonus es tu in oculis meis sicut angelus dei. sed principes philistinorum dixerunt. Non ascendet nobiscum in prelium. Igitur consurgemane tu et serui domini tui qui uenerunt tecum. et cum te nocte surrexeritis et ceperit dilucescere pergite. Surrexit itaqz de nocte dauid ipse et uiri eius ut proficiscerent mane. et reuertentur ad terram philistinum. Philistinum autem ascenderunt in iezabel.

XXX.

Quoniam uenissent dauid et uiri eius in sicelech die tertia amalechite impetum fecerunt ex parte australi in sicelech. et percusserunt sicelech et succenderunt eam igni. Et captiuas duxerunt mulieres ex ea a minimo usque ad magnam. et non interfecerunt quenquam. sed secum duxerunt. et pergebant itinere suum. Cum ergo uenisset dauid et uiri eius ad euitatē. et inuenissent eam succensam igni. et uxores suas et filios suos et filias ducas esse captiuas: leuauerunt dauid. et populus qui erat cum eo uoces suas. et

planterunt donec deficerent in eis lachryme. Siquidem et due uxores dauid captiue ducere fuerant achinoen iezabelites et abigail uxor nabal cameli. Et contristatus est dauid valde. Uolebat enim eum populus lapidare. quia amara erat anima uniuscuiusque uiri super filios suos et filias. Confortatus est autem dauid i domino deo suo. et ait ad abiatbar sacerdotem filium achimelech. Applica ad me ephor. Et applicuit abiatbar ephor ad dauid et consuluit dauid dominum dicens. Persequar latrunculos hos. et comprehendam eos. an non? Dixitqz ei dominus. Persequere. absque dubio enim comprehendes eos. et excuntes predam. Abijt ergo dauid ipse et sexcenti uiri qui erant cum eo. et uenerunt usque ad torrentem befor. et lassii quidam substituerunt. Persecutus est autem dauid ipse et quadringenti uiri cum eo: substituerant enim ducenti qui lassii transire non poterant torrentem befor. Et inuenerunt uiri egyptium in agro. et adduxerunt eum ad dauid. Pederuntqz ei panem ut comederet et biberet aquam: usque et fragnem masse caricari. et duas ligaturas uue passe. Qui cum comidisset. reuersus est spiritus eius. et refocillatus est. Non enim comederat panem neqz biberat aquam tribus diebus et tribus noctibus. Dixit itaqz ei dauid. Cuius es tu. uel unde et quo pergis? Qui ait. Puer egypti. ego sum. seruus uiri amalechite. Pereliquit autem me dominus meus: quia egrotare cepi multum. Siquidem nos erupimus ad australem plagam cerethi et contra iudam. et ad mendiem caleph. et sicelech succendimus igni. Dixitqz ei dauid. Potes me ducere ad istum cuneum? Qui ait. Iura mihi per deum quod non occidas me. et non tradas me in manus domini mei. et ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei dauid. Qui cum duxisset eum. ecce illi discumbebant super facies. et uiueret terre. comedentes et bibentes.